



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

276. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

lit, legibus componat, & insuper bannum nostrum persolvat. Postmodum verò ante nos à Comite adducatur, ut in bastiniaco retrusus usque dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum canonum sanctiones. Si verò occultè, sacerdotum consilio exinde agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut Apostolus ait, nisi inde veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerint, graviùs inde judicentur: quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui exinde aliquid tulerit. Extorres namque à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ atque firmiter denotandæ. [Pars ultima istius capitinis diversa est ab editione qua extat in libris Capitularium. Sed convenit cum ea quam exhibent Capitula Karoli Calvi.]

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

CCL XX V. Si aliquis de ministerio Ecclesiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, septem annos pœnitear. Eur. hard. lib. II c. 65.

De eadem re. *Ex Concilio Vuormaciensi.*

CCL XX VI. Sæpe contingit ut in monasteriis furta perpetrentur. Idcirco statuimus ut quando ipsi fratres de talibus se purgare debent, Missa ab Abbe celebretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus. Et sic, expleta Missa, omnes communicent in hæc verba:

Concil. Vuor.  
mac. c. 15.  
Burchard. lib.  
II. c. 66.

*Corpus Domini sit tibi ad probationem hodie.*

*Multum diversus est hic canon à vulgaris editionibus Concilij Vvormaciensis. Istanam lectionem secutus est Burchardus, & eo Gratianus. Itaque postrema pars ita habet in canonibus Concilij. Et sic in ultima Missa celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipient, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. Vide Missam Iudicij in Glossario Francisci Pithæi in verbo Aque ferventis aut frigidæ judicium.*

*De causa criminali. Ex eodem.*

Concil. Vvor-  
mac. c. 10.  
Burchard. lib.  
2. c. 199.

**C C L X X V I I.** Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, homicidium, adulterium, & maleficium reputatum fuerit, in singulis Missam tractare debet, & secretam publicè dicere, & communicare, & de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur.

*De rapina & violentia. Ex Capitulari.*

Capitula Ka-  
roli Calvi Tit.  
20. c. 3. 4. &  
Tit. 29. c. 4.

**C C L X X V I I I.** Episcopi evangelicæ & apostolicæ necnon propheticæ auctoritatis sententias de rapina & vi & decreta canonica & apostolica breviter debent habere adnotata, & hæc omnibus publicè relegant. Missi quoque legationis legales sententias & predecessorum nostrorum & nostra de hac causa capitula omnibus nota faciant. Et Episcopi Dei & episcopali auctoritate deprædationes & rapinas omnibus interdicant. Et Missi & Co-